

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sobrietas a
cum fonte primo

Sobrietas

est mentis et sensus, membrorum
omnium corporisque tutela, castitatis
pudicitieque munimen, pudori proxima,
amicicie pacisque serua,
honestatique semper coniuncta,
criminum uiciorumque omnium profuga.

Augustinus libro ad sacras uirgines.

Sobrietas

namque castitas

est sensus et mentis, membrorum
omnium corporisque tutela, castitatis
pudicitiaeque munimen, pudori proxima,
amicitiae pacisque serua,
honestati semper coniuncta,
criminum vitiorumque omnium profuga,
recti iudicii tenax, memoriae
recordationisque inseparabilis sapientia,
secretorum custos, arcani velamen,
lectionum et doctrinae capax, studiorum
et artium bonarum discipula pariter et
magistra, ingeniorum et <...>
capiendorum pedissequa, bonae famae
semper avida, in cogitationibus salubria
atque utilia creans, virtutis singulare
auxilium, cuncta cum ratione disponens,
in congregatione honestorum se ipsam
semper ingerens.

Pseudo-Augustinus, *De sobrietate et
castitate*, 1, 2 (CSEL 99, L.J. Dorfbauer
ed., pp.112-13, ll.1-11).